



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

22. De imagine virginis Deiparæ, quam ne monachus veneraretur, dæmon dissuadere studet, promittens deinceps ab eo impugn[an]do destitur[um].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

illam ante iter suum accensam reliquerat, nec
vnoquam vidit exstingui. Id quod citra euidēs
miraculum fieri neququam poterat, Dei haud
dubie per Deiparā hoc prodigium operante,
ac piam sancti senis fiduciam corroborante.

*Idem cap. 43. Prati spiritualis, De imagine virginis
Deiparæ, quam ne monachus veneraretur, demon
dissuadere studet, promittens deinceps ab eo impu-
gnando destitutum.*

CAP. XXII.

Monachus quidam solitarius, & insignis
Christi pugil, iamq; grandævus in mon-
tealiarum habitabat, & ab imparo spiritu
fornicationis acriter impugnabatur, (Vt refert
*Prati spirituali D. Ioan. Damasc. lib. 1. de imagi-
nibus*.) Qui cum vehementer infestaretur, ciu-
lare demum cœpit, ac dicere infestanti dæmo-
ni. Quousque tandem missum me non facies?
Recede à me, qui mecum quasi consenuisti.
Demon verò illi se visibilem exhibens, hoc
modo respōdit: Iura mihi, te nemini mea ver-
ba, quæ dicam, renunciaturum, ac deinceps te
oppugnare desinam. Iuravit senex de seruan-
da fide silentij, ac dixit: Per illum, qui in altis-
simis habitat, & ea, quæ dixeris mihi, nemini
reuelabo. Tum ille, Noli, inquit, hanc imagi-
nem adorare, & ego à te impugnando desi-
nam. Habebat enim senex eo in loco imagi-
nem, quæ Dominæ nostræ sanctæ Dei genitri-
cis Mariæ Christum Iesum Dominum nostrū,
circum-

cicumgestantis figuram exprimeret, quæ
 & solitus erat venerari. Hoc audito senex
 liberandi tempus postulavit, remque omnem
 die sequenti exposuit Abbati Theodoro As-
 liotæ in Laura Pharan tunc habitanti. Imo-
 nacho respondit: Verè illusus es, domine Ab-
 ba, & peccasti iurando dæmoni: sed quod
 eorum aperueris, rectè à te factum est. Can-
 rùm in quodlibet huius urbis lupanar ingre-
 te præstat, quàm ut Deum ac Dominum no-
 strum Iesum Christum unà cum matre sa-
 desinas adorare. Atque in hanc sententiam
 plura exposuit, eiusque monachi discedentem
 animum in hoc adorandi instituto bene con-
 firmatum reliquit. Rediit igitur ad mona-
 chum dæmon, & cum illo exostulans dixit:
 Quid hoc rei est senex nequissime? Itane se-
 uas mihi fidem etiam iuramento firmatam
 arcano reticendo? equidem hoc tibi affir-
 fore, ut in die iudicij Deum iratum sentias,
 huius periurij pœnam exsolvas. Respondit
 monachus: Me quidem iurasse scio, sed nihil
 minus Dominum & creatorem adorare pro-
 gam; tibi non obsequar, quidquid etiam pro-
 miserim. Hanc Historiam qui velint, impu-
 bè carpant & calumnientur, nos etiam con-
 à gravissimis Patribus septimæ Synodi
 pridem approbatam habemus.